



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1838

X. Schutzbrief des Markgrafen Otto für das Kloster v. J. 1287.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54294](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54294)

X. Schutzbrief des Markgrafen Otto für das Kloster v. J. 1287.

Nos Otto, dei gratia Brandenburgensis marchio, Notum esse uolumus uniuersis, quod cenobium sanctimonialium de Stepenitz ac ipsius prouisoires cum omnibus bonis suis in nostram protectionem recepimus et tutelam, uniuersos ac singulos fautores nostros attentius exorantes, quatenus ipsum cenobium molestare non presumant, set promoueant poeius nostri causa. Nam quidquid commodi et promocionis eis fuerit inpenfum, id nobis reputabimus fore factum, et hoc presentibus protestamur.

Datum anno domini M^o CC^o LXXXVII^o, in ciuitate priswalt, in die gregorii pape.

Nach dem Original, woran das Siegel fehlt.

XI. Schenkung der Gebrüder Meißner an das Kloster, für die Aufnahme ihrer Schwester und Schwefertöchter unter die Conventualinnen, v. J. 1288.

In nomine domini Amen. Ego Hinricus, dictus Mysnerus, omnibus hoc prefens scriptum inspecturis salutem in uero salutari. Donationes, quibus deuoto subsidio dotantur Ecclesie, ut perpetuam obtineant firmitatem, huiusmodi scriptis authenticis et fidelium testimonio conseruantur. Super quo propter eum, qui dat omnibus affluenter, nos quoque de nostris prouentibus sibi gratias referentes, assignauimus, pro remedio animarum nostrarum et parentum nostrorum, cum arbitrio et Consensu fratris nostri unici Iohannis Alisneri, Cenobio Stepenitz quindecim choros filiginis quatuor modiorum minus, in uilla nostra Gartin annuatim persolvendos, supplicantes diuino intuitu, ut nemo heredum nostrorum post mortem nostram in futuro aliquo gravamine obuiare, sed adfectionibus elemosynarum amplius exaltare (presumat.) Insuper sororem nostram Idam, uxorem Ade legitimam, cum duabus suis filiabus, mansuram in eadem prebenda ita sane locauimus, ut una ex eis habitum mutando totaliter subsistat, seruiens domino Jesu Christo in proposito perpetue uirginitatis, Et de alia filia in nostro et nostrorum amicorum pendeat arbitrio, que infantulus est, si in posterum contigerit, eam nuptui tradendam. De sorore uero nostra taliter statuimus, que uiro legitimo iuncta est, si ipse Adam uir ejus eam recipere uoluerit, libere ad eum redeat sine aliquo murmure, nichil de bonis, que pure propter Deum ecclesie donauimus, requirent et recipient omnino. Ceterum etiam si uir ejus in posterum non requiiserit et eam ibidem in castitate permanere libet, omni tempore uite sue, sicut ordinauimus, manebit, similiterque altera filia ejus, si non ipsam de nouo recipimus, in Cenobio manebit. Ut autem hec donatio rata, sic ordinata, firma permaneat, presentem paginam utriusque sigilli munimine roborauimus. Hujus rei testes sunt wasmodus, eidem Ecclesie prepositus, frater Walterus de Rupin, Machovius, miles Christi et Magister in Mirowe, Bertoldus de Havelberge, Ego Heinricus et frater meus Johannes Misnerus, Otto Bere, Fridhericus Brosehawe et alii quam plures. Datum in die Mauricii, in wesenberge. Anno domini Incarnationis millesimo ducentesimo octuagesimo octavo.

Nach dem Original, woran das Siegel fehlt.

XII. Markgraf Otto vereignet dem Kloster Stepenitz eine von dem Ritter Zabel von Plawe für die Aufnahme seiner Tochter gemachte Schenkung zu Bliesendorf i. J. 1291.

In dei Nomine amen. Otto, dei gracia marchio brandenburgensis, uniuersis crisi fidelibus, ad quos presentis Tenor Cartule peruenerit, salutem in omnium saluatore, qui omnis boni fons est et origo.